

328 **D**ominica sexta que superiuit post Epiphaniam.

quod heretici falsa credunt illi autem vera credentes, non vivunt ita ut credunt. Te Deum laudamus. 17.

**Ad Benedictus, Antiphona.**

**D**omine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? & ait illis: Hoc fecit inimicus homo.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meum, dicit Dominus.

**DOMINICA VI.**

**Que superiuit post Epiphaniam. Oratio.**

**P**reterea, quesumus, omnipotens Deus: ut semper rationabilia medicantes, que tibi sunt placita, & dictis exequamur, & factis. Per Dominum nostrum.

**Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.**

**Lectio vij. Cap. 13. d.**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolan hanc: Simile est regnum celorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Et reliqua. Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

**Lib. 2. Comment. in cap. 13. Mathei.**

**R**egnum celorum, predicatio Evangelii est, & notitia Scripturarum, que ducit ad vitam, &

superiuit post Epiphaniam.

de qua dicitur ad Iudzos: Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur Genti, largienti fructus eius. Simile est ergo huiuscemodi regnum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Homo qui seminat in agro suo, a plerisque Salvaror intelligitur, quod in animis credentium seminat: ab aliis ipse homo seminans in agro suo, hoc est in semetipso, & in corde suo.

**Lectio vij. Cap. 13. d.**

**Q**uis est iste qui seminat, nisi sensus noster & animus: qui suscipiens granum predicationis, & fovens sementem, humore fidei facit in agro sui pectoris pululare: Predicatio Evangelii minima est omnibus discipulis. Ad primam quippe doctrinam, fidem non habet veritatis, hominem Deum, Christum mortuum, & scandalum crucis predicans. Confer huiuscemodi doctrinam dogmatibus Philosophorum, & libris eorum, & splendore eloquentiar, & compositioni sermonum: & videbis quantum minor sit ceteris seminibus sementis Evangelii.

**Lectio ix.**

**S**ed illa cum creverint, nihil mordax, nihil vividum, nihil vitale demonstrant: sed totum flaccidum marcidumque & mollium, ebullit in olera & in herbas, que

**D**ominica sexta que superiuit post Epiphaniam. 329

que cito ardescunt & corrunt. Hec autem predicatio, que parva videbatur in principio, cum vel in anima credentis, vel in toto mundo sata fuerit, non exurgit in olera, sed crescit in arborem, ita ut volucres celi (quas vel animas credentium, vel fortitudines, Dei servitio mancipatas, sentire debemus) veniant & habitent in ramis eius. Ramos

puto Evangelice arboris, que de grano sinapis creverit, dogmatum esse diversitates, in quibus supradictarum volucrum unaquaque requiescit.

**Te Deum laudamus. 17.**

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Simile est regnum celorum grano sinapis, quod minimum est omnibus seminibus, cum autem creverit, majus est omnibus olivibus.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Simile est regnum celorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sacis tribus, donec fermentatum est totum.

**DOMINICA XXIV.**

**Ultima Post Pentecosten.**

**Oratio.**

**E**xcita, quesumus Domine, tuorum fidelium voluntates, ut divini operis fructum propensius exequentes, pietatis tue remedia majora percipiant. Per Dominum nostrum.

**Lectio vij.**

**Q**uando ad intelligentiam provocamur, mysticum monstratur esse quod dictum est. Legimus autem in Daniele hoc modo: Et in dimidio hebdomadis auferetur sacrificium & libamina: & in templo abominatio desolationum erit, usque ad consummationem temporis, & consummatio dabitur super solitudinem. De hoc & Apóstolus loquitur, quod homo iniquitatis, & adversarius elevandus sit contra omne quod dicitur Deus: & collatur: ita ut audeat stare in templo Dei, & ostendere quod ipse sit Deus: cuius adventus, secundum operationem satanæ destruat eos, & ad Dei solitudinem redigat, qui se susceperint.

**Lectio viij.**

**P**rotest autem simpliciter aut de Antichristo accipi, aut de imagine Cesaris, quam Pilatus posuit in templo

plo, aut de Adriani equestri statura, quae in ipso sancto sanctorum loco usque in praesentem diem stetit. Abominatio quoque secundum veterem scripturam idolum nuncupatur: & idcirco additur, desolationis, quod in desolato templo atque destructo idolum positum sit.

LECTIO IX.

**A** Bominatio desolationis intelligi potest & omne dogma peruersum: quod cum vidimus stare in loco sancto, hoc est in Ecclesia, & se ostendere Deum, debemus fugere de Iudaea ad montes, hoc est, dimissa occidente litere, & Iudaea prauitate, appropinquare montibus aeternis, de quibus illuminat mirabiliter Deus: & esse in recto, & in domino, quo non possit igni-

ta diaboli sacula pervenire, nec descendere & tollere aliquid de domo conversationis pristinae, nec querere quae retrorsum sunt: sed magis serere in agro spirituum scripturarum, ut fructuum capiamus ex eo: nec tollere alteram tunicam, quam Apostoli habere prohibentur.

Te Deum laudamus. 17.

**Ad Benedictus, Antiphona.** Cum videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele Propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat.

**Ad Magnificat, Antiphona.** Amen dico vobis, quia non praeribit generatio haec, donec omnia fiant: caelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, dicit Dominus.



PRO-

# SANCTORUM.

## PARS AUTUMNALIS.

DIE XXIX. AUGUSTI.

In Decollatione S. Joannis Baptistae. Duplex. Capitulum. Jacobi 1. b



**B**atus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam reprobis offert Deus diligentibus se.

**Hymnus.** Deus tuorum militum, ut in Communi Martyris. xxij. Gloria & honore.

**Ad Magnificat, Antiphona.** Misso Herodes speculatore, praecipit amputari caput Joannis in carcere: quo audito, discipuli ejus venerunt, & tulerunt corpus ejus: & posuerunt illud in monumento.

**Oratio.** Sancti Joannis Baptistae, precursoris & martyris tui, quaesumus Domine, veneranda festivitas, salutaris auxilii nobis praestet effectum. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

**Deinde fit Commemoratio S. Augustini, Antiphona.** O Doctor optime; Ecclesiae

sanctae lumen, beate Augustine, divinae legis amator deprecare pro nobis Filium Dei. Justum deduxit Dominus per vias rectas. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio.

**A**desto supplicationibus nostris omnipotens Deus, & quibus fiduciam sperandae pietatis indulges: incedente beato Augustino Confessore tuo atque Pontifice, consueta misericordiae tribue benignus effectum.

**Postea S. Sabinae martyris Antiph.** Simile est regnum caelorum homini negotiatori quarrenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, & comparavit eam. Specie tua & pulchritudine tua. Incedente, prospero procede, & regna.

Oratio.

**D**eus, qui inter cetera potentiae tuae miracula etiam in sexu fragili victimarum martyrii contulisti: concede propitius; ut qui beatae Sabinae martyris tuae natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum.

Ad